



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Alia Precatio, homini in periculo mortis constituto, ac intra conscientiam
suam anxio &c. recitanda. x.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Alia Precatio, homini in periculo mortis constituto, & intra conscientiam suam anxiō: veniamq. peccatorum humiliter flagitanti, & ad Dei misericordiam prouocanti, recitanda.

CAPUT

X.
Thomas
Kemp.
Lucx 15.

Dan. 3.
1. Reg. 14.
Psal. 35.

Psal. 24.

Domine Deus, sancte pater, peccavi in celum & coram te: & non sum dignus vocari filius tuus. Sed pater mi, fac me sicut unum de mercenariis tuis. Inste agis, si prouicis me a facie tua: sed misericorditer facis, indignum omni beneficio recipiendo. In hac confusione misericordia, procido ad pedes tuos, lachrymas fundo, vestigia tua adoro & oscular, te deprecans humili & contrito corde. Respice misericors Deus super canem mortuum, & pulicem unum. Pretende misericordiam tuā scientibus te: da dexteram tuā profugo seruo tuo. Ne irascaris Domine Deus in perpetuum, super malignitate serui tui: sed uniuersa multitudinis misericordia a seculo recorderis, & sis placabilis super seruum tuum. Exaudi Dñe hanc petitionem meā, quam fundit serenus tuus coram te, genua flectens ante omnipotentiam tuam: adorans super terram vultum gloria tuae: quia stulte egī, & insipienter nimis, multoties offendens Majestatem tuam: non veritus thronum regni tui. Dimitte obsecro omnem noxam seruo tuo, & ne deleas nomen meum de libro uiuentium: sed in electorum tuorum numero me scribere digneris: ut innueniar in gloriam & laudem uominis tui. Amen.

Alia, eiusdem generis.

CAPUT
XI.

REx mitissime, qui per Ezechiel prophetam asseris, te nolle mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat: miserere mei, in summa miseria te misericordia fontem imploratis. Multa sunt peccata mea fateor, sed